

Mon. P r o g r a m m L. B.

des  
Königlichen evangelischen Gymnasiums  
zu Glogau

für das Schuljahr 18 $\frac{1}{2}$ ,

durch welches zur

A n h ö r u n g  
der

13884

auf den 27. September zu haltenden

R e d e ü b u n g

und mit dem 29. September beginnenden

ö f f e n t l i c h e n P r ü f u n g e n

einladet

der Director

C. D. Klopfsch,

Doctor der Philosophie, Ritter des rothen Adlerordens vierter Classe.

---

I n h a l t:

- |   |
|---|
| 1) Recordationes scholae Grimensis in carmine ejusque explanatione, proposuit Roellerus,<br>D. phil. et Professor Regius in gymnasio Glogoviensi . . . . . Seite 1—13 |
| 2) Schulnachrichten, verfaßt von dem Director Klopfsch . . . . . 14—28  |
- 

G l o g a u ,  
gedruckt in der Julius Gottschalkschen Buchdruckerei,  
Michaelis 1852.



1990  
1991

1990  
1991

Recordationes scholae Grimensis in carmine ejusque explanatione  
proposito

**R o e l l e r u s ,**

D. phil. et Professor Regius in gymnasio Glogoviensi.

---

***Praefatio.***

Etsi per legem de libellis, qui annalibus scholarum praemitti solent, scribendis latam licet illo nomine opuscula in alium usum ante conscripta adhibere, tamen ut et verecundius hac venia mihi vel seni vel magistro occupato opportunissima utar, et legentium curiositati pro virili parte consulam, carmen annis abhinc duobus exaratum hic tanquam cibum pridie appositorum recoquo, sed ita, ut saporem, si quem illustrando potero, illi addam aut condimentis aliunde repetitis fastidio convivarum medcar. Quod quomodo facturum esse me sperem, dicam, ubi exposuero, quid ad versus meos ansam dederit. Quum anno 1849 Tepilitii perturbationem valetudinis abluere tentarem, Lorenzius, D. phil. et professor, quem ante nondum de facie cognoram, posthac multis nominibus de me meritum expertus sum, petivit ex me, ut ad sollemnia saecularia tertia scholae Grimensis, quae proximo anno instarent, concelebranda versus aliquot latinos scriberem, scriptos ipse die festo Grimani adferrem. Alterum impetravit a me quamquam invito. Non quin rem cura mea intentissima satis dignam putarem, sed quia ingenium meum ad rem digne gerendam suspecturum esse desperabam. Alterum cupide quidem promisi quum pietatis erga illam scholam sensu me impellente, tum quod condiscipulorum, quos adhuc vivere comperisse, tandem videntorum spes sera animum meum incendebat; sed commeatum mihi rite precanti ab iis, qui docentibus in hac provincia praesunt, liberalissime in hanc rem datum necessitas dura scholae nostrae, quae tum collegis gravi morbo laborantibus ipsa laborabat, irritum et inutilem reddidit. Itaque ut Ovidius librum sine se in urbem Romam (Trist. I, 1) sic

ego poëma meum sine me in oppidum Grimam ire jussi. Atque causam, cur non potius e scholarum usu aliquid attulerim, quo aut arti docendi aut materiae prospiceretur, paulo ante perbreviter attigi. Non defuerunt, quae in explicandis scriptoribus antiquis aut in artibus doctrinisque tradendis observata in medium proferrem. Suppetebant loci multi, n quibus veteres ambiguitatem verborum videntur admisisse, admiserunt nullam, ut in his: victorum, moratorum, hoc a me petitum est, praeter, et quae sunt hoc genus alia. Habebam, quae de voce τοῦ in Iliade non eandem ubique vim habente dissererem. Item de accentuum graecorum signis non ietum, sed modulos et quasi cantum vocis vel acutae vel gravis indicantibus et ad vocabula grammaticorum προσῳδία, ὁξύς, βαρύς referendis; de excludendis e grammatica hebraea formis verborum, quae nusquam in codice sacro reperiuntur (Nam, ut hoc utar, verbi נִקְרָה duea tantum ibi leguntur formae, נִקְרָת et נִקְרָתָ); de nova trisectionis, quam vocant, angulorum ratione, qua inita et deinde dimidiatis tantum arcubus circuli ad unum gradum pervenitur; de brevissima ratione, filo adhibito corpora mathematica, qualia procul spectantur, delineandi; de causis, quibus efficitur, ut iis, qui in via ferrata vehuntur, quaecunque ultrimque prospiciunt, minora, quam exspectaverint, videantur, et ut picti hominis oculi indidem te, quamcunque in partem iveris, iutueantur, aut ejusdem sagitta tibi nusquam minari desinat. Non defuerunt, inquam, res, defuit ad colligendas illas ordinandasque vel tempus propter auctos mortibus morbisque collegarum labores vel facilitas firmitasque consilii propter senectutem. Satis igitur me apud aequos judices excusatum esse ratus animo jam recepto etiam ad laudem quandam adspirare audeo. Non enim immemor, quid lectoribus, quid huic scholæ debeam, in explicationibus carmini subjectis partim ea, quae ad condiscipulos pristinos dicta statim intelligebantur, etiam collegis meis faciam ut perspicua sint, et si minus poeta bonus, at interpres meus ipsius locuples ero, partim si quae e re privata ad publicam utilitatem, e peregrino commodo ad domesticum redundare posse videbuntur, passim dispergam. Quin ne oblectatione quidem omni destituta erunt nonnulla, quae vel cum dispendio meo addidisse, dummodo delectent, non me poenitebit. Itaque aequi bonique haec facite, quod volui, mihi, quod potui, aeo imputantes.

---

E T X A P I Σ T H P I O N.

Ex te, Grima, puer saeculo hoc nascente migravi,  
Te saecli media parte saluto senex.

Me gressu aequali pes curva ex valle ferebat;  
Aequat Musa suo jam pede clauda meum.

5 Nemo recognoscens dextram mihi porrigit istinc.  
Vix, nomen si edam, nomine notus ero.

Extinxit pridem fatum, quicunque docentes  
Fortunam atque animum demeruere meum.

Et quis vivit adhuc, qui mecum doctus ab illis  
10 Dicere gratus idem possit idemque queri?

Quumque locus certe mortalibus esse superstes  
Suerit, Moldani non loca cerno mei.

Unum permansit variatis omnibus, unum:  
Pristina Moldani gloria juncta novae.

15 Hanc virtute mea, quum vellein, ornare nequivi,  
Ex illius at est auctus honore meus.

Nunc taceamne levis, tria quando saecula clamant,  
Facta videns verbis splendidiora meis?

Gratior exopto quam doctior esse videri,  
20 Atque minus prudens et magis esse pius. —

Multa et magna quidem Grimensi debeo ludo,  
Pauca sed e multis est celebrare satis.

Hic mihi lex vitae quamquam tum saepe molesta  
Numinis infixit cum pietate metum.

---

V. 1. die 12. Aug. 1801.

V. 2. die 17. Sept. 1850. V. 4. Intellige impares distichorum versus et podagram.

V. 5—10. Ex condiscipulis, quos in summa 170 habui, tum 56 supereraet, et decem tantum, si interesse festo saeculari licaret, ibi invenissem.

V. 12. Aedibus scholae veteribus dirutis, ampliores exstructae sunt intra annos 1822 et 1828. Quum initio illius temporis Grimam venissem, rudera sedis pristinae vidi xysto tantum et parietibus locorum inferiorum, auditorii, quod vocabatur, utriusque et coenaculi relictis.

V. 21. De doctrina mea nescio qua hic quemquam cogitare neque volo neque puto. De modestiae et obedientiae omniumque ad mores pertinentium virtutum exercitatione et occasione loquor.

V. 23. Sacra fere quotidiana post meridiem in aede celebrata. Sic saepe etiam obtrusis bonis sensim adsuescimus, denique consulto adhaeremus. Magnum porro ad animos nostros religione imbwendos adminiculum fuit summa de rebus sacris et magistrorum et concionatorum inter se consensio, atque eorundem concordia vere Christiana. Praeterea illi, qui in Saxonice erudiebantur scholis, ad unum omnes eandem sacrorum formulam sequebantur, ut eura religionis vel docendae vel exercendae ibi libera esset impedimentis, quibus apud nos infringi solet.

- 25 Non erat, ut nunc est, Christum coluisse pudori,  
Nec titulus pietas ambitionis erat.  
Cum matutinis sacra vespertina diei  
Eventum sanctum principiumque dabant.  
Nullus erat, quo non legerentur biblia sacra,
- 30 Non doctor lumen ferret ad illa, dies.  
Vix locus illorum Grimensi ignotus alumno,  
Namque ex me reliquos metior, ullus erit.  
Hic ego non solum didici parere magistris,  
Discipulorum etiam sub ditione fui.
- 35 Imperio justo subjectum ut vivere prodest,  
Sic saepe injusta est posse salubre pati.  
Hic artis, quam vir prosterer et ipse, docendi  
Usu percepit prima elementa puer.  
Quidquid tiro sedens audiverat utile luce,
- 40 Vespere reddebat lege jubente cubans.  
Hic poteram certe, si mens non laeva fuisset,  
Scriptoris clari discere laude frui.  
Sed mihi si non tum sapiebam, gratia mansit.  
Nunc aliis sapio prospicioque memor.
- 45 Non e germanis, sed graecis atque latinis

- 
- V. 25. Jam eo res rediit, ut multi vere pii sed imbecilli, ne simulatoribus accenseantur, pietatem dissimulent et a rerum utilissimarum, quas illi ambitione suscipere occuparunt, societate abstinent, ipsumque dei nomen pronuntiare dubitant.
- V. 29. 30. Post precationem matutinam quotidie praceptor hebdomadarius, qui dicebatur, quemcunque ordo tangebat, etiam mathematicus, scripturam sacram discipulis enarrabat. Ab hebdomade, per quam ei in schola habitandum fuit, nomen traxit.
- V. 31. Primi septem scholae alumni inspectorum nomine et classium singularum bini decuriones ita mores et instituta custodiebant, ut magistrorum docendi negotium mirifice levarent. Si quae essent ejus rei incommoda, commodis aut compensabantur, aut leviter declinata etiam superabantur. In cap. 2. legum scholae haec leguntur: Discipulis natu majoribus et melioribus minores parento, et in cap. 14 illis inspectoribus etiam jus tribuitur puniendi eos, qui deliquerint et locos ex auctore graeco vel latino edisse juhendi. Poenae publicae erant objurgatio, humisessio, cibi potusque subtractio, virgae, manicae, carcer, ejectio et exclusio. Vid. Fr. Palmii de pristina illustris Moldani disciplina narratio, quam anno 1850 evulgavit, pagg. 31 et 36.
- V. 39. Quum terni in singulis conclavibus alumni cubare solerent, qui contuberniis verna hibernaque translocatione mutatis ad studia privata inter se conjuneti erant, infimus (Untergeselle) a superiorum altero mandatum sibi locum vel latinum vel graecum edidicerat. Hunc contubernialis medium (Mittelgeselle) explicabat, auscultante extrinsecus modo praceptore hebdomadario, modo inspectore, qui clam omnes cubicularum portas foramen auribus offrarent obibant. Per ejusmodi foramen non modo magistri alumnos, sed etiam rector collegas, horum vel pudori vel auctoritali proprie- tatis inter docendum non sentientes observabant.
- V. 45—52. Libros germanicos vel optime scriptos legisse capital erat, et ubi ab alumno oratio vernacula publice habenda esset, rector e bibliotheca illi librum sermone patrio scriptum antea legendum

- Perpoliebatur patria lingua libris.  
Ex interprete sic Demosthenis aemulus extat,  
Floretque adscita Tullius arte suus.  
Debet Gellertus cumque hoc Lessingius Afrac,  
**50** Portae, Messiam qui celebravit, idem.  
Non libros totos pro penso implere jubebar,  
Sed veteris tantum verba novare loci.  
Quid loquimur nisi sensa? Puer puerilia sentit,  
Sed tamen e magno corde profecta capit.  
**55** Dicere, quae praeclara capit, cupit ille potestque,  
Majus et e lucta dictio robur habet. —  
Atque parum, fateor, tum nobis multa placebant,  
Magnus at in vitam fructus et inde fuit.  
Mansit in aure sonans iterato malleus ictu  
**60** Ligneus, et linqui dulce cubile jubens.  
Quod matutinis laetus nunc perfruor horis,  
Ligneus in causa malleus ille fuit.  
Dura crepabamus tum saepe ergastula clausi  
Nos poenas pueros crimine ferre rati.  
**65** Nunc ego discipulis tota passim urbe locatis  
Sentio tutelae claustra fuisse mihi.  
Sed ne corruptus laudator temporis acti  
Concelebrare bonum vel mediocre puter,  
Me, pia Musa, viros a ludo transfer ad illos,  
**70** Qui ludi antiquum sustinuere decus. —

---

commobabat. Una tantum erat exercitatio linguae vernaculae. Loci insignes scriptorum classorum a praceptoribus ipsis exscripti per hebdomades germanice a nois convertebantur, conuersos illi diligentissime emendabant. Hoc genere exercitationis usi lev ore opera plus, quam nos magno et vix tolerabili labore possumus, videntur perfecisse. Vis enim linguae nativa ab illis exculta ad res gravissimas se facile applicabat, et proprios quoque novo que animi sensus amplectebatur, nos volubilitatem tantum quandam ad res tritias et quotidianas idoneam efficere satis habemus. Quippe nos utile spectamus, illi pulchrum sequebantur. Quid assiduitate, diligentia, ingenii celeritate, exemplo apud juventutem in hoc genere profici posset, Severinius meus, quem e sinu mihi morte nuper eruptum lugeo, elugebo nunquam, luculentissime, si quis alias, demonstravit. Sed idem tamen quam saepe mecum exiguum immensae operae fructum conquestus est! Itaque collegis meis suaserim, ut et sua et discentium causa non dicam morem novum prorsus abjiciant, at veterem cum eo saepius conjungant.

V. 59, 60. Inspector hebdomadarius, quem vocabant, laminam aeream postiscalarum superne affixam malleo ligneo ter percussiens animos alumnorum ad formulas advertebat, quibus deinceps post intervalla certa temporum magna voce proclamatis illos vel ad surgendum e lecto, vel ad scholas, vel ad prandium et coenam vocaret. Eiusmodi formulae erant: Steht auf, macht die Rämmern auf — Macht, daß ihr herauskommt — Ihr müßt Alle heraus sein — Ihr habt Zeit genug gehabt — Komm' Keiner zu spät. Haec ultima quam dixerat — vach tardis!

Terror quantus erat, *Muecki*, quum lumine primum  
Nos legeres! Quantus, quum loquereris, amor!  
Tecta supercilio tua pupula saepe latebat;  
Illo sublato fulgoris instar erat.

- 75 An Phoebi dicam? quem non fragor horridus ortum,  
Sed sequitur placidum carmen alauda canens.  
Non Te dignus eram, nec spes erat optima de me;  
Deseruit nunquam me tua cura levem.  
Non ego doctrinam junctam candore fidemque  
80 Laudo; me melius Seumius illa colit.  
Seumius ingenii judex morumque severus  
Parcus erat laudis; prodigus ille Tibi est. --  
Ad numerum certum quis ibi pede saxa premente  
Introrsum torta limina calce petit?

V. 71. Incredibilis erat in vultu viri severitatis et humanitatis temperatio. Oris ductus mollis austerritatem oculorum superciliis nigris, densis et ferme pollicem sesquiplicem longis munitorum murum quantum leniebat. Scripta ejus in indicibus eruditorum inveniuntur. Ex illis unum, quod de vocibus avium inscribatur, insignis doctrinae laude dignum habitum est. Utilissimae certe et rerum pondere praeclarissimae sunt scriptiones, quibus memoriam anniversariam scholae Grimensis dedicatae celebrandam indicebat, id quod vel hi tituli pree se ferunt: Quomodo instituendi sint in schola udolescentes, ut gaudere discant. (anni 1792) Vindictae divinae testem historiam et reverentiae numinis supremi magistram esse demonstratur (a. 1791) Quid referat severis proficiendi legibus juventutem in scholis adscescere (a. 1795) — De maxima, quae adolescentibus in schola debetur, reverentia (1797.) In aestimandis vitae humanae miseris et aerumnis quid referat cavere, ne in alterutram partem excedas modum (a. 1798.)

V. 81, 82. In carmine, quod inscribitur: Desers Manen, haec dicit:

Dort kommt wieder ein Zug zurück von dem Hügel des Kirchhofs.  
Mücke, der Nedliche, starb. Heiliges Wandels war er,  
Wie der Frischchen hier auf Erden nur Wenige leben,  
Ohne Tadel als Mensch, Vater und Lehrer und Freund.

Et quoniam in mentionem poëtae hujus stoici incidi, liceat mihi memoriae voluptati indulgere, et loquacius quam arrogantius, quid mihi ipsi cum illo fuerit, exponere. Illo tempore, quum Grimaie erudiebar, Seumius ibidem apud Goeschium poëtarum Germaniae illustrium libros splendidissime edentem correctoris munere fungebatur. Vir, qui adolescens a conqueritoribus Hassicis coactus in Americam borealem navigavisset, virtute bellica non minus quam doctrina et carminibus tum editis clarus, vita simplici, morum severitate, dictis Laconicis, quae circumferebantur, mirifice animos puerorum commoviebat, et magnum erat inter nos certamen convenire illum et audire gestientes. Ego aditum mihi ad illum hoc artificio aperui. Imaginem linearem matris ejus a Schnorrio, quo cum amico familiarissimo usum esse constat, excusam et a Dippoldto, condiscipulo extraneo (vid. vers. 169) mihi commodatam coloribus adhibitis depinxeram in tabella eburnea, quam quum acroamati eidam nostro (vid. vers. 133, 134) interesset, submisse et timide ei tradidi. Visus gaudere quaesivit, unde in schola obserata ebur accepisse, quod ne in urbe quidem Grimaie venale esset. Confessns sum, me pectinem dentibus utrimque abscisis ad saxum idoneum, quo aream internam scholae constratam vidisset, fricando attenuasse, et penicillo aptum reddidisse. Quod nescio an ille spectaverit, quum mihi Lipsiam in academiam abituro memoriae

85 *Hofmannum agnosco*, qui nonc, prout ante merebar,

Jucundus memori est, terribilisve mibi.

Justus et affectu minus hic quam mente timendus

Dicto saepe ardens, frigidus intus erat.

Me risusque salesque notarant quinque per annos,

90 Sexto laudarunt seria verba viri. —

Te, *Reicharde*, nequit meritis par dicere versus,

Nec, quod par minus hic est, tua culpa fuit.

Nam nobis, ut eras pulchri, patronus et auctor,

causa in tessera, quam praeter effigiem matris mihi ab illo gratiam relatuero donatam etiamnum asservo, haec scripsit:

Virtus negata tentat iter via.

1801.

Hicce sui Te vult esse memorem Seume.

*Ariogaus.*

Vellem tamen aut concessa adeoque praescripta via iter plerumque tentavissem, aut quae de me ille divinare videbatur, veriora aliquanto fuissent. — Non ita multo ante abitum tempore quam Schlickiam pueram e familia honesta Grimensi ab Anschytio (v. 175) commendatus depingerem, Seumi, qui ibi habitabat, ingressus in lectulo assedit, et praeter morem multa mecum comiter de arte et artificibus locutus postremo auctor mibi fuit, ut Lipsiae Schnorrium adirem et consularem. Tum ego: „O si picturam ab illo factam spectem, quantus fuerit ad imitandum stimulus!“ Paulisper ille meditalus secum: „Atqui adferam tibi,“ inquit, „quod habeo,“ et diaetam reliquit. Schlickia, dum ille abest: scin tu, quid adferre velit videri, quem secum semper pectori sub veste praeligatum gestet? Imaginem pueriae, quae illi olim desponso alii nupsit, totamque vitam poetae deformavit.“ Mox ille ad nos rediit, eandemque mihi concordidit picturam in schola depingendam, quam postea se in excelsa rupe Siciliae sedentem de manibus amisisse narrat. (Vid. *Säjergang nach Errafus im Jahre 1802 von J. G. Seume*. 1803 p. 320.)

V. 85. Hic cum Reichardo et Hochmuthio collegis, Bauero quoque Birschbergensi adjuncto, ephe- merides politicas annorum 1783 et 1787, fortasse etiam 1788 (certe haec tria volumina possideo) latine conscripsit. Hos si quis nunc scholarum tantum et discipulorum ratione habita imitetur, num operae pretium sit facturus, aliorum judicio relinquo. Ad Hoffmannum redeo. Qui quum historiam in classe prima docere deberet, magis in literis latinis quam in historiis versatus nihil nisi Schroekhii enchiridion ad verbum latine convertendo non solum nos admirantes voluptate perfudit, sed etiam passim a verbis ad res animos nostros advertit. Dippoldtus certe, professor historiac, qui Gedani defunctus est, ex illius disciplina prodit.

V. 89. Memini, quum coelum totum inspector severior malleo et voce in auditorium magnum cogeret, ut ibi examinis instantis causa quatuor horas continuas studio privato affixi sederemus, me festinanter librum a consilio meo alienissimum, Biedermannii grammaticam hebraeam, arripere. Dimidium horae inertiam et fastidium legendi toleravi. Tandem inspecto libro quum locum unum atque alterum intelligere coepissem, tanto sensim studio linguae hebraeae captus sum, ut dies noctesque ad codicis sacri lectionem incumberem. In examine publico deinde evocatus ab Hoffmanno, illius linguae doctore, quum locum codicis recte et promte legerem, lectumque convertem, ille, qui nihil tale expectabat, et me praesidiis illicitis uti suspicabatur, subridens, Macte, inquit, rem egregie gessisti, et diutius te audiendi cupidos nos fecisti. Alium igitur locum evolvere me jussit, non difficilem quidem illum, sed publice nondum lectum. In quo et legendo et expo- nendo quum idem atque in superiori praestitissim, tum vero sinceris me verbis laudavit et ut pergerem hortatus est. Ego autem discendi voluptate semel percepta, gloriolaque non minus insti- gante, deinde etiam ad alias literas me contuli.

- Primus mandabas, ipse poëta, modos.  
95 Suspiciebamus docti Te nomine summum,  
Quo laudabilius vir popularis eras.  
Ore Arpinati similis, pietate Joanni  
Sacrasti rebus verba profana sacris.  
Quod convertisti bellum septenne latine,  
100 Et verbis et re Caesaris esse potest.  
Saepe inflammabas summa nos arte sonorum,  
Hujus Gellerto creditus ante ruditis.  
Nocte tuum velita decerpto flore sepulcrum  
Quum sim praedatus, nunc pio furta fatens. —  
105 Annis post multis **Hochmuthi** visere natas,  
Non ipsum potui, nam breve tempus erat.  
Nunc qui Teplitii tumulus tegit ossa magistri,  
Posse docet fieri tempore multa brevi.  
Ille mei fratrisque orborum patre benigne  
110 Suscepit curam paupere sorte gravem.  
Hic, foribus nostris hac sola lege reclusis,  
Exceptit mensa nos duo saepe domi.  
Concinnus nitidusque ut verbis ille latinis,  
Sic, bona nam laus est haec quoque, veste fuit.  
115 Mitis praeceptor pueris magis ipse dolebat,  
Quos punire malos lege coactus erat. —  
Qui Te viderunt aevo, **Toepfere**, vigentem,  
Reinhardo auditum Te placuisse probant.

- 
- V. 91. Documento sunt: Cataclysmus Grimensis, carmen historicum, Phætonis libri V e Germanico  
Guil. Zachariae Lat. carmine expressi, Gustaviados libri XII, poemation epicum.  
V. 95. Doctrinam ejus quum alia scripta declarant, tum haec: Lycophronis Chalcid. Cassandra. Sylloge  
opuse. vett. poet. in usum juv. stud. not. adsp. Initia et doctrinæ Christianæ et disciplinæ.  
V. 98. Sacri n. Test. libri omnes veteri latinitate donati.  
V. 99. E. Germanico Archenholzii.  
V. 102. Ipse mihi narravil, se a Gellerto interrogatum, num arti musicae studeret, dubium de viri  
sententia negasse. Quam artis hujus neglectionem quum ille admodum improbasset, dissimula-  
tionis poenam se dedisse et gravem et meritam.  
V. 105. Anno 1822, mense Julio.  
V. 106. Vivens adhuc vigensque domo tantum paulisper aberat, satis mature redditurus, si lentius abire  
festinassem. Duobus annis post exspiravit.  
V. 107. Proxime sepulcrum Seumii.  
V. 108. Et obitum præceptoris dilecti et conventum cum eo quantumvis impeditum.  
V. 111. Hac lege, ut aut a magistro aut a civi honesto oppidi per tesseram vocaremur.  
V. 118. Reinhardus, quum scholam illam visitaret, Toepfero post institutionem, cui ille interfuerat,  
e cathedra descendenti obviam ivit, et coram discipulis dextra data his de tali præceptore gra-  
tulatus est.

- In Te, quid posset sine Graecis atque Latinis,  
120 Sors stimulo docuit, Kantius arte nova.  
Divinum addebas splendorem doctor ad artem,  
Nec tua vox magnae defuit ulla rei.  
Vel privata loquens suavi gravitate valebas,  
Arbiter ut Tibi tunc posset adesse Plato.
- 125 Quae coetum ad colles dicens prope limina Borae  
Narrabas, Lingua digna Maronis erant.  
Nunquam ridentem, semper videre serenum  
Te pueri. Ornabas sic gravitate jocum.  
Plus, quam quod disci potuit, profecimus a Te:
- 130 Altius ut peteret mens juvenilis iter. —  
*Reichelii* memini, qui corpore languidus ipse,  
Pervigil, ut nobis sanius esset, erat.  
Primus replevit ludum concentibus idem,  
Quos urbs audiret more vocata novo. —
- 135 Non, *Richtere*, diu Te doctorem advena vidi,  
Nec, *Graessi*, Te, nam mox abituros eram.  
Clementes in me varium tamen ambo fuistis,  
Impune elusam legem ab utroque tuli. —  
Illi, Moldanum, doctoribus ergo fuisti
- 140 Lux et spes patriae vera futura meae.  
Patria nam reliquis, si vivunt, gaudet alumnis;  
Ah, quamquam felix, sum tamen exul ego.  
Horum nonnulli summo funguntur honore,  
Dono nulla tuo publica cura caret.
- 145 Jus tibi, Moldanum, tibi vectigalia debent  
Et doctrina graves religioque viros.  
*Schulzius* est celeber merito multiplice. Laeta

V. 120. In tenui re familiari adolescens scribendo acta judicialia victum quaerere coactus Schlichenio jurisconsulto Dresdensi innotuit. Hoc auctore Lipsiam ivit, ubi a Reizio rectore civium academicorum numero insertus philosophiae et disciplinis mathematicis physicisque cum tanto successu operam dedit, ut matthesin ipse Lipsiae doceret et quaestione difficulti in hoc genere expedita societati literarum Erfurtensi adscriberetur. Vid. Lorenzii, prof. II series praceptorum illustris apud Grimam Moldani, pag. 35.

V. 125. Nimpshenum, coenobium olim virginum nobilium vicinum, unde deductam d. 4 Apr. 1523 a Leonhardo Koppio Torgaviensi Catharinam de Bora Lutherus aliquanto post in matrimonium duxit. Eo decies per aestatem alumni deambulatum ducebantur a praeeceptore hebdomadario. In collibus propinquis suus cuique classium locus assignatus erat. In medio tabernaculum magistri tanquam praetorium collocatum.

V. 141. Quae sequitur recensio condiscipulorum, memoriae meae et aetate et absentia diurna labefactatae vitium sensit. Nondum me illos animo circumspicientem opus adjuvabat praeclarissimum

- Hoc schola Saxoniae praeside quaeque fuit.  
Hic duplex coelum, numen monstravit et astra,  
150 Horum jura libris, illius ore docens.  
Hunc duplex potuit numerus quoque reddere clarum:  
Quemque mathesis init, quemque poesis amat. —  
Materiae quo se prodat vis intima signo,  
Qui docuit physicos, *frater* humatus abest. —  
155 *Crusius* est Themidis flamen sacra rite gubernans.  
Crusia gens quidquid tentat, ubique preeest,  
Urbes ante duae testes in dicta fuerunt;  
Eheu, nunc Dresdae est invida Misna soror. —  
Ex tenebris virtus *Scheuchleri* gnava fodinae  
160 Ad lucem emersit principis atque latus.  
*Witzschelius* quandam contubernialis alumnus,  
Tum collega procul, mox vacat, isque prior.  
Hunc et *Atenstadium* patriamque reosque tuentem  
Facunda lingua vivere neene putem?  
165 Quid Vos, *Segnitii?* Virtutis praemia num sors  
Maturae Vobis datve deditve viris?  
*Grossi*, Thuemmeliae qui verba togata puellae

---

Lorenzii mei, qui incredibili diligentia et studio indefesso omnium alumnorum in Moldano intra haec saecula tria eruditorum non solum nomina in album retulit, sed vitas etiam plerunque et fata adjecit. Quod ut iandari satis non potest, ita nostrabitibus magistris pro exemplo esse debet, quod aliqua ratione imitentur. Ut enim adolescentibus nobili genere natis magnum est virtutis incitamentum majorum gloria, patrumque de republica meritorum cogitatio, sic discentium animis, ubi in ampla quasi familia virorum ejusdem disciplinae cognatione junctorum viros insignes patriaque utilissimos invenerint, gravissimos ad discendum stimulos admoveri puto. Neque si Grimenses Pufendorfis, Gerhardis, Chladniis gloriantur, si Dinterum, Kaestnerum, Mahlmannum, Ferberum, Koernerum (Schilleri familiare) Crusium, Guentherum, alios ut scholae suae lumina ostentant, nostris disciplulis desunt, quorum hi exempla suspiciant et imitari velint. Quid enim est, quod nos poeniteat Gryphii nostri, aut Fuelleborniorum (G. G. et F. L.) aut Meieri, Erschii, Gauppiorum, Schultheissii, aliorum? Atque etiam in numero ipso eorum, qui ante hanc memoriam ad munera fungenda et honores gerendos in eadem schola praeparati et informati sunt, pondas inest non leve. Quid dicam de voluptate, quam viri in eodem gymnasio quandam erudit ex tali albo inspecto cipient necesse est, quid de magistrorum disciplinae fructiferae exempla plurima intuentum alacritate ad omnes molestias muneris operosi ferendas aucta. Supersedeo plura loqui, ubi res ipsa loquitur. Hoc monendum erit, qui ejusmodi operam suscipiet, non ut omnes etiam inferiorum classium discipulos, quorum plerique inde abeunt literis renuntiant, complecti moliantur, sed ut eos tantum comprehendat, quos schola aut examine defunctos solemniter a se dimisit, aut fundamento certe gloriae futurae jacto demeruit.

- V. 147. G. L., Dr. theol., Regi ab interioribus consiliis saera et scholas complectentibus et eques ordinis de rebus civilibus meritorum.  
V. 155. Baumgarten-Crusius senatui praefectus, apud quem de provocatione certatur.  
V. 167. Libro germanico clam comparato.

- Suppeditavisti, cur tua Musa silet?
- Dippoldtum** Caroli praeconem Grima creavit,  
170 Grima informavit. Prussica condit humus.  
Si non abreptus fato **Kaupischius** esset,  
Tutanda clarus lege futurus erat.
- Zehmius** ex illo vivit mihi tempore censors  
In prima Opitii sede docere docens.
- 175 Vivit et **Anschytius**, qui quanta Roscius arte  
Urbi uni placuit, per tria regna placet.  
Quo plures rapuit mihi sors manifesta sodales,  
Salvorum hoc avida est mens et avara magis.  
Quos non audivi defunctos, vivere credo,
- 180 Si quos audivi, forsitan error erat. —  
Sed quicunque meis ludi me tempora longa  
Temporibus brevibus posthabuisse putant,  
Laudum ex parte velint laudes concludere totas.  
Annos ter centum sex celebrare queunt.
- 185 Tempora Moldano forsan magis ante favebant,  
Nunc magis hoc fecit lex renovata bonum.  
Nec praeceptores, qui post me cunque fuerunt,  
Antiquis cedunt laude vel arte viris.  
Quod si fortuna laudandi **obstante** laboris

V. 175. Bavarium, Borussiam, Austriam.

V. 187. Quis Sturzium, Weichertum, Wunderum non novit?

V. 188. Adamo Sibero, Joanni Merckio, Georg. Ermelio, Joann. Tob. Krebsio.

V. 189. Fortuna quum alias multisfariam incremento florique Moldani obstabat, tum bello tritigata annorum, ad quod etiam pestilentia et inopia accessit, quo tamen ipso schola, cui tum Merckius praeerat, Pufendorfum et P. Gerhardum alumnos habuit. Aliud impedimentum disciplinae efficiacis magis videtur esse potuisse, quam fuit, in aedificio scholae. Quod quum ad docendum duo tantum majora spatia praeberet, coetus quoque in duas partes divisus est, quarum altera (*Oberlection*) classem primam et dimidium secundae complexa in majori, altera (*Unterlection*) e reliquis duabus cum dimidia classibus composita in minore auditorio instituebatur. Nonnullae scholae etiam totum coetum in conclave majus congregabant. Quumque quatuor classes essent, singularum scripta emendari publice, et quartani geographiam doceri non potuissent, nisi coenaculum ad illa corrigenda, et cubiculum quoddam superius et angustum ad hanc tradendam aperiretur. Praeceptores perpaucis docendi horis adstricti erant. Per hebdomadem rector et collega quartus, ut qui occupatissimi omnium essent, ternas denas, collega tertius undenas, corrector denas, mathematicus adeo septenas tantum scholas habebat. Altamen in illa dicamne abundautia otii an parsimonia virium hoc effectum est, ut ex illis 170 alumnis, quos ibi condiscipulos habui. Et tantum vitae consilio mutato patriae tamen multum profuerint aut etiamum prosint, totidem operae genus privatum illud quidem sed non inutile sibi elegerint, et sex morte praematura abreptis ceteri omnes muneribus honestissimis praepositi sint. Num, si alia quaevis schola omnibus commodis, quibus Moldanum carebat, abundet, magistros vero minore doctrina et fide, angustiore otio, mobiliore concordia et iniquiore conditione, quam illud, habeat, tantumdem possit proficere,

- 190 Tanta et utilitas, quanta *savenle* fuit!  
Sic decoris festi partem mea Musa minorem,  
Majoremque tuum, lector, acumen habet.  
Tu vero cives, Moldanum, perge fideles  
Saxoniac doctae principibusque dare.
- 195 Donec erit potior sapientia mensque furore,  
(Atqui semper erit) stato juvante deo!

---

in medio relinquam. Hoe dico, non esse tantum vel a malis institutis mali timendum, quantum a bonis viris, qui illa administrant, boni sperare possis. Quibus de rebus, altisque supra commemoratis ut facilius judicaretur, conspectum scholarum ab anno inde 1790 ad 1812 singulis hebdomadibus habitarum cum reliquo vitae diurnae ordine hic adjeci. In quo me Palmii ad v. 31 laudati narrationem seculum esse tantum abest, ut negem, ut maximam partem ex illa exscriptam magis quam compositam esse fatear.

Horae	⌚	⌚	⌚	⌚	⌚	⌚	⌚	⌚	⌚
5	signum surg.	signum surg.	signum surg.	signum surg.	signum surg.	signum surg.	signum surg.	signum surg.	signum surg.
1/26	signum surg.	signum surg.	signum surg.	signum surg.	signum surg.	signum surg.	signum surg.	signum surg.	signum surg.
2/46	precis matutinae.	precis matul.	precis matul.						
6-7	lectio biblica.	lectio bibl. H.	lectio bibl. H.						
7-8	Hebdomadarius.	Mela.	religio.	Cellar.	Sueton.	Sueton.	Sacra publica.	I. II. III. IV.	Emendatio clas.
8-9	Hebdomadarius.	Mela.	religio.	Cellar.	Sueton.	Sueton.	Sacra publica.	R. Con. Tert. Cant.	Emendatio clas.
9-10	Conrecor.	Conrecor.	Conrecor.	Conrecor.	Conrecor.	Conrecor.	Conrecor.	R. Con. Tert. Cant.	Emendatio clas.
b l i c a .	Cic. parad.	Religio.	historia.	Justin.	Horal.	Horal.	Horal.	I. II. III. IV.	Censura.
10-11	R.	Cant.	R.	Cant.	Tertius	historia.	Tertius	R. Conr. Tert. Cant.	Arith.
11-12	Bieder-	III.	Arith.	math.	Cod.hebr.	II. III. sgri.	Cod.hebr.	I. II. III. IV.	M.
12-1	mann.	IV.	geogr.	Cant.	R.	math.	R.	R. Conr. Tert. Cant.	Arith.
1-2	Gall.	a	a	n	d	i	u	u	Arith.
S a c r a	Cantus et stud.	Cantus et stud.	V a -	geom.	Cantus	Cantus et stud.	Cantus	Vacatio.	M.
p u -	privat.	privat.	V a -	M.	Cant.	priv.	Cant.	Elaboratio	Arith.
b l i c a .	Sueton.	nov. Test.	V a -	rhetori-	Gesneri	Freyeri	Freyeri	pensi eras	M.
3-4	T.	T.	c a -	ca.	chrest.	nov. Test.	nov. Test.	Alternis hebdon.	
repetitio con-	Preces in aede,	t i -		priv.	lat.	grace.	grace.	sacra et stud.	
ciones matu-	stud. priv.				T.	T.	T.	priv.	
matinae. Contr.									
4-5	nov. Test.	Gesneri	Ovid.	0.	chrest.	Freyeri	Freyeri	III. Ovid.	
graecum.	T.	chrest.	T.		grace.	face.	face.	T. IV.	
T.	Conr.	Conr.	T.		Conr.	Cornel.	Cornel.	evang.	
5-6	stud. priv.	Gall.	stud. priv.	Gall.	stud. priv.	stud. priv.	stud. priv.	stud. priv.	
vel									
vacatio.									
6-7	C	o	e	n	a	e	e	e	stud. priv.
7-8	V	a	e	c	a	o	o	j	stud. priv.
P r e	ce s v e s	p e r t i n	ae et post	polium	polium	vespe	vespe	o	Gall. priv.
R	e p e t	i t i o	i n	c	c	c	c	i	stud. priv.
9-10									

# Schulnachrichten.

## Erster Abschnitt.

### Lehrverfassung des Gymnasiums.

#### I. Sprach- und wissenschaftlicher Unterricht.

Der Tod des Prorectors Severin kurz vor dem Schluße des vorigen Schuljahres und des Gymnasiallehrers Dr. Brüggemann nach der Mitte des gegenwärtigen, hat mehrfache Vertretungen verbeigeführt, die beim besten Willen nicht immer dem Studienplan der Anstalt entsprechen konnten. Von Michaelis bis Weihnachten 1851 übernahmen die Lehrer des Gymnasiums die Stunden des Prorectors Severin, vom Neujahr 1852 an bis Ostern aber der Dr. Munk, und nach Ostern der Prorector Dr. Petermann. Die Stunden des Dr. Brüggemann hielten von Ostern bis zum 10. Juli die Lehrer des Gymnasiums und der Dr. Munk, vom 9. August an aber der Candidat des Gelehrten-Schulamts Scholz. Der D. L. Dr. Munk bat, wie im vorigen, so auch in diesem Schuljahr, 3 Stunden wöchentlich statt des Professors Möller gegeben und in denselben die Stade erklärt.

#### Prima.

Ordinarius: Director Klopsh.

a. Prima allein.

Latein. Cie. Quaest. Tusc. I., 1—31. Hor. Sat. I., 4. 6. 7. 8. 10. II. 1. 2. 3. 5. 6.

Die Rede Cicero's pro Archia wurde zur Anwendung der Bluthardtschen Methode erklärt und von den Schülern viermal auswendig gelernt. 6 St. Lateinischer Stil. Im Winterhalbjahre. Die Abiturienten lieferten 8 freie Arbeiten, und die übrigen Schüler alle 14 Tage ein Pensum aus Bensens Europa, in's Lateinische übersetzt. Beiderlei Arbeiten wurden vom Lehrer zu Hause corrigirt. 21 Mal disputirten je 2 Schüler mit einander, und je 2 Schüler spielten wöchentlich nach kurzer Vorbereitung kleine Vorträge über leichte Aufgaben in lateinischer Sprache. Eben so oft recitirten wöchentlich 2 Schüler-Paare Abschnitte aus den Gesprächen des Erasmus. 2 St. Director Klopsh. — Im Sommerhalbjahre wurden 4 freie Aufsätze und 4 Exercitia von den Schülern geliefert, vom Lehrer corrigirt und mit Bemerkungen zurückgegeben. 15 Mal disputirten 2 Schüler über ein vom Lehrer gegebenes Thema; eben so oft recitirten zwei Schüler-Paare Abschnitte aus den Gesprächen des Erasmus, und je ein Schüler

bielt wöchentlich einen kurzen Vortrag in lateinischer Sprache. Zu Extemporalien wurde 1 Stunde wöchentlich verwendet und damit Anleitung zum Latein-Schreiben verbunden. Prorector Dr. Petermann. — 2 Stunden.

Griechisch. Eurip. Iphig. Aul. Ω. Λ. Dr. Munk. Plutarchi Alex. XXX—LXXVI. fin. und Demosth. I—XXXI. fin. wurden gelesen. 13 Extemporalien wurden geschrieben, von dem Lehrer zu Hause corrigirt, in der Schule durchgegangen, und die dann übrig bleibende Zeit zur mündlichen Übertragung jener Aufgaben benutzt. 4 Stunden. Professor Dr. Möller.

Hebräisch. Gelesen und erklärt wurden II. Reg. 24, 5—25. fin. Joh. I, 1—V, 8. Psalm 14, 2—21, 5.

Deutsche Sprache. Zweijähriger Cursus. Winterhalbjahr. Deutsche Literaturgeschichte nach Weber bis Klopstock, und von Klopstock bis zu Gothe's Tode. Die Schüler lieferten 10 Aufsätze, die vom Lehrer corrigirt und in der Schule durchgenommen wurden. Professor Dr. Möller und Ω. Λ. Dr. Munk. Sommerhalbjahr. Die Lebensverhältnisse der bedeutenderen Dichter seit 1750 wurden mitgetheilt und ihre Werke ausführlich besprochen. Es wurden 6 Aufsätze geliefert, vom Lehrer corrigirt und bei der Rückgabe durchgegangen. Prorector Dr. Petermann. 2 Stunden.

Französisch. Aus C. M. Menzels Handbuch der französischen Sprache und Literatur wurden S. 225—274 gelesen und aus Klepsch Anleitung Stück 6, 7, 8. überzeugt. Dr. Brüggemann. Aus C. M. Menzels Handbuch wurden S. 274—286, ins Deutsche und aus Klepsch Anleitung S. 100—109 ins Französische überzeugt, auch alle 14 Tage ein Extemporale geschrieben, welches zu Hause genau corrigirt wurde. Director Klepsch.

Mathematik. Zweijähriger Cursus. Trigonometrie nach Fülders Lehrbuch in 2 Stunden; in der dritten Stunde Anleitung zur Lösung geometrischer Aufgaben; desgleichen Wiederholung der Lehre von den Gleichungen und der Stereometrie nebst Aufgaben.

Physik. Zweijähriger Cursus. Die Lehre von der Wärme und dem Licht wurde nach Heußis Lehrbuch der Naturlehre I. Cursus durchgenommen und durch Versuche erläutert. 2 Stunden. G. L. Hener.

Philosophische Propädeutik. Logik und empirische Psychologie. Im Winter: Professor Dr. Möller. Im Sommer: empirische Psychologie. Prorector Dr. Petermann.

Allgemeine Weltgeschichte der neuern und neuesten Zeit. Deutsche Geschichte von Octavianus Augustus bis zu Konrad I. und den Kreuzzügen, synchronistisch. G. L. Dr. Brüggemann. Von da bis zum Tode Maximilians I. Ω. Λ. Dr. Munk. Verfolg der Geschichte des Mittelalters und Wiederholung der alten und der neuen. Prorector Dr. Petermann. 3 Stunden.

Geographie und Statistik. Im Winter: Die mathematische Geographie. Dr. Brüggemann. Der preußische Staat. Ω. Λ. Dr. Munk. Im Sommer: Russland, Frankreich, England. Asien, Amerika, Afrika und Australien wurden repetirt. Prorector Dr. Petermann. 2 Stunden.

### b. Prima mit Secunda combinirt.

Religion. Im Winter: christliche Glaubenslehre bis zum Ende; daneben Erklärung von Abschnitten des neu-testamentlichen Grundtextes, die zur Geschichte der Lehramtsjahre Jesu dienten. Im Sommer: christliche Kirchengeschichte bis zu den Secten vor der Reformation. 2 Stunden. Director Klepsch.

## Secunda.

Ordinarius Professor Dr. Möller in Vertretung.

Latein. Cic. orat. pro Milone, pro Ligario, divinatio und prooemium actionis primae

in Verrem c. 1—8. Aus Meiring und Nemachy wurden III. Cursus (2. Abth. I. II. III.) zur Anwendung der Nutbartschen Methode eingeübt. 4 St. Aus Süßles Aufgaben wurden S. 65—102 in wöchentliche Exercitien verteilt, von den Schülern übersetzt, und nebst 36 Extemporalien von dem Lehrer schriftlich zu Hause verbessert. 2 St. Prof. Möller. Metrik. Die Elemente nach D. Schulz Grammatik §. 108—111 wurden bis Ostern, darauf §. 826—864 der Zumptischen Grammatik vorgetragen, von den Lden des Horaz I. 30—38 und II. 1—17 gelesen und die Schüler zur Ausarbeitung von Distichen nach Odyss. II., 301—425 veranlaßt, außerdem 41 Extemporalien geschrieben. 1 St. Prof. Möller. Virg. Aen. I. Vorangefügt wurde eine Einleitung in das Leben und die Schriften Virgils. 3 St. Prorektor Dr. Petermann.

Griechisch. Herodot VIII. Hom. Odyss. XII. XIII. XIV. 1—250. 5 St. Die Schüler übersetzten aus Mehlhorns Aufgaben S. 1—17 schriftlich in Exercitien, die alle 14 Tage eingeliefert, und vom Lehrer corrigirt wurden. 1 St. G. L. Stridde.

Hebräisch. Einjähriger Cursus. Die Elementar- und Formenlehre. Die Schüler lieferten wöchentlich eine schriftliche Arbeit, die zuerst in einer Declination oder Conjugation, späterhin in kleinen Exercitien aus Fr. Uhlemanns Anleitung zum Übersetzen aus dem Deutschen ins Hebräische bestand. Gelesen und grammatisch erklärt wurde Gen. 37, 1—28. 2 St. G. L. Beihert.

Deutsche Sprache. Unterhalbjähriger Cursus. Im Winter Theorie der Dichtungsarten. G. L. Stridde, nach ihm D. L. Dr. Munk. Die Schüler lieferten 6 Aufsätze, die vom Lehrer zu Hause corrigirt und in der Stunde durchgegangen wurden. Im Sommer: Populäre Logik, verbunden mit Übungen im Disponiren und mit der Anleitung zur Unfertigung schriftlicher Arbeiten. Einige Gedichte Schillers wurden gelesen und erklärt. Die Schüler lieferten 7 Aufsätze, welche vom Lehrer corrigirt und dann in den Lehrstunden durchgegangen wurden. 2 St. Prorektor Dr. Petermann.

Französisch. Aus Hirzels Auswahl deutscher und französischer Aufgaben wurden S. 103—160 ins Deutsche, und Stück I.—XLII. ins Französische überetzt, vom Lehrer zu Hause corrigirt und in der Stunde durchgegangen. Die wichtigsten syntactischen Regeln wurden erklärt und durch Beispiele eingeübt. Im Winter Dr. Brüggemann, im Sommer Dr. Munk und Schulamts-Candidat Alex. Scholz. 2 Stunden.

Mathematik. Einjähriger Cursus. Nach Fischers Auszuge aus dem Lehrbuche der Trigonometrie und Algebra: die 4 ersten Abschnitte von den Combinationen und Permutationen, von den Reihen und Logarithmen, und die 4 ersten Abschnitte der Algebra. Die Schüler bekamen öfters Aufgaben zur häuslichen Bearbeitung. 3 St. Wiederholung der ebenen Geometrie, wobei Anleitung zur Lösung geometrischer Aufgaben gegeben wurde. 1 St.

Physik. Zweijähriger Cursus. Aus Henßls Lehrbuch I. Curs. wurden die beiden ersten Abschnitte sowohl theoretisch, als durch Beispiele erklärt. 1 St. G. L. Hever.

Allgemeine Weltgeschichte der alten Zeit. Unterhalbjähriger Cursus. Geschichte der Römer und der ältesten Staaten Asiens und Aegyptens, desgleichen Griechenlands bis zum peloponnesischen Kriege. 2 St.

Geographie. Unterhalbjähriger Cursus. Die orographischen und hydrographischen Verhältnisse Europas wurden durchgenommen, dann Russland, England, Holland, Belgien und Frankreich. Dr. Brüggemann, Dr. Munk und Prorektor Dr. Petermann.

## Tertia.

Ordinarius: Gymnasial-Lehrer Stridde.

Religion. Zweijähriger Cursus. Der dritte Artikel des apostolischen Glaubensbekenntnisses.

